



13

00

*M n 1 (13)*

*(Fol. 19 Text.)*







TRIAS  
QVÆSTIONUM CON-  
TROVERSARVM.

I. De Animæ mortalitate. II. De Fidei naturalis  
in morborum curatione tempore Christi & Apoſto-  
lorum operatione. III. De tribus SVBSTAN-  
TIALIBVS ſive ESSENTIALIBVS  
Hominis partibus.

*Ανασνευασικῶς*

*Oppoſita*

DIADI MYSTICÆ  
CHRISTIANI THEOPHILI,  
Cum censura

*Reverendi atq; Clarissimi Dn:*

M. MODESTINI WEDMANNI, &c.

*Ad*

Veritatem ſerendum:

*Contra vero*

Falſitatem terendum:

*Non ex*

Similium proportionibus & Analogiis:

*Sed ex*

Immotis ſanctæ Scripturæ principiis

*nata*

*probata &*

*donata*

Omnibus candide & dextre judicantibus


*à*

M. VALENTINO WALLENBERGERO ER-  
furten: Regularium Diacono.

Erffordiæ, Typis Joannis Köhbock / Anno 1621.

Impensis Joannis Biſchoffs / Bibliopolæ.





**AMPLISSIMO  
ORDINI SENATORIO  
REIPUBLICÆ ERFFVR-  
DENSIS.**

Et ejusdem  
**CLARISSIMIS CONSULTIS-  
SIMIS ET AMPLISSIMIS TRIBVS  
SYNDICIS,**

Promotoribus &  
Defensoribus suis

Triadem hanc

Dedicat Auctor.

A 2

Παναί-



Παράνεσις

Divi Apostoli Pauli.

Rom. 6.



Ogo vos fratres, ut observetis eos, qui  
dissidia & scandala, præter doctrinam  
quam vos didicistis, faciunt, & decli-  
nate ab eis. Hujuscemodi enim  
CHRISTO Domino nostro non servi-  
unt. Ergo

Nolite communicare operibus illis in frugife-  
ris, Ephes. 5.

Nam

Qui vos perturbat, portabit iudicium quisquis  
fuerit, Gal. 5.





A

Reverendo atq; Clarissimo Viro Dn. M.

**MODESTINO VVEDMAN-**  
no, Antistite Gregorianorum, Evangelici  
Ministerii Seniore, Theologiae & Hebraeae  
Linguae Professore concinnata.



Uta sunt hoc nostro exulceratissimo  
seculo καινά και κενά. Vnde κόσμος ἀ-  
κόσμος καινοτομίαν και κενотоμίαν tanquam  
Oracula & Divalia responsa amat su-  
spicit exosculatur ac gypsatis ( ut di-  
citur ) manibus amplectitur. Nunc  
sane non omne quod existimatur esse novum, no-  
vum: sed potius antiquissimum existit, & hoc est φαι-  
νόμενον καινόν illis, qui θεμέλια scientiarum duntaxat de  
facie norunt. Hæc autem nomina καινοτομίας και  
κενοτομίας merito merentur, quæ incurrunt σερεώματα  
sanioris philosophiæ & verissimæ Theologiæ. Ut  
ista omnia sub censum μαλακολογίας veniunt. Ego sæ-  
pe in animum induxeram meum ( ut etiam complu-  
rimi id petiere & optare ) multa άτοπα άτοπων ἀτοπότα  
τα καινά in omnibus scientiis & facultatibus, mores  
naturales civiles œconomicos & theologicos incur-  
rentia, utpote περί χειρομεταμορφώσεως περί σωτηρίας και θε-  
ραπευτικής πίστεως και περί πόλλων άλλων ᾠδαδόξων, και ξενι-  
ζόντων ex archivis Hebraicis, Chaldaicis, Syriacis &  
Græcis refutare: sed ἀδρόσμων & acie laborum aliisq;

A 3

præ.

pregnantissimis causis districtus isto scribendi genere haecenus superse di.

Quod vero praesentis THEOPHILI Speculationes attinet, non possum non praeme ferre, fateri & confiteri, cum, si isto mystico scripto (ut vocatur) rem seriam agit, & illud non observat: multa incommode dicta, commodissime esse intelligenda: *σεαυτὸ ἐκθεαρίζεν*, quod non ex Ephebis Logices Loffianæ, ne dicam Ramææ excesserit, neq; sacræ sanctæ Theologiæ gustum primis labris attigerit. Nam non ὄργανον διακριτικὸν adhibet: Substantiam ab effectis & adjunctis, nec causam internam ab externa, nec disparata ab adversis discernit. Et sic non Aristotelicum παράγγελμα φυλάττει ἢ δεῖ μεταβάλλοντα δείξαι. Si non mutaverit mentem & linguam, cum γνησίοις philosophis & Theologis nunquam faciet, siquidem hæc καινοτομία πίσει SVVENF-ENTHY-PELA-FEL-TARP-STEPHILO-THEO μαθολογίαν & cruciatum sapit.

Extremum etsi contra negantem principia non est disputandum & scribendum, recitasseq; errores refutasse est: tamen quoniam Reverendo Dn: M. Valentino VVallenbergero fratri ἐν κυρίῳ dilecto *πρωτὰ ἀνδύματα & προγυμνάσματα* publicorum scriptorum ponere ac in campum ἀγωνιστικὸν se conferre placuit: Ego ὀπιτήδευμα hoc probo & laudo. Nam ὁμιλία ἔτεκε τέχνας, & ex silice ignis, ferrumq; ferro acuitur. Data die Nikolai, Anno M. DC. XX. Ad

Ad germanum Lectorem  
germanice,

4

**H**ristlicher lieber Leser / wen des  
vermeineten Wegweisers zur Seligkeit/  
Christiani Theophili D Y A S, in sehr  
vieler junger Studenten Händen (auch  
vieler vngelährten Lāyen/ die doch lieber  
soltten in der H. Bibel/ in dem Cathechis-  
mo B. Lutheri vnd dessen Tomis lesen / als in solchen  
vergifften vnd verführerschen Wigelianischen Schriff-  
ten / Da der Meister nicht allein sich seines Namens  
vnd Præceptoris schemet : Sondern auch selber zweif-  
felt / ob er recht oder vnrecht lehre ) in vnser Stadt vnd  
Academy vmbgetragen/ geliebt/ gelobt / auch mit beson-  
deren Fleiß gelesen wird/ als ein sonderliches grosses Ge-  
heimnuß/ das viel gewissere vnd bessere Fundamenta vnd  
Gründe hette/ als vnser öffentliche Predigten: Habe ich  
demselbigen zur besserer Unterweisung in lateinischer  
Sprach (als darinnen die Termini artium : ut sunt no-  
mina Substantiæ, Species, Pars, Simile, par, &c. erklä-  
ret werden können ) als das Fundament der künfftigen  
Widerlegung zeigen wollen/ vnd weil ich zur refutation  
provociret Ampts halben sollen / Wie es nicht ein ne-  
wer / Sondern sehr alter Schwarm sey/ der da wider die  
Philosophischen vnd Theologischen Fundamenta  
streitte. So aber der günstige Leser bessere Beliebung  
trüge / die Widerlegung in Teutscher Sprach zu lesen/  
Soll er zu diesem mal remittiret vnd gewiesen seyn/  
auff die trewhertzige vnd in heiliger Schrift wolgearün-  
dete War-

dete Warnung für dem Weigelianismo / des Ehrwürdi-  
gen Herrn M. Andrea Merckii Archi Diaconi zu Hall  
in Sachsen / darinnen er dieses Theophili auß Hoffart  
erregte Schisma zur gnüg sein rund widerlegt wird findē.  
Bis geliebts Gott / ich antworten werde auff ferner Er-  
klärung des Antagonisten. Unter dessen wünsche ich  
von Herzen allen verirreten / verwirreten vnd bethöreten  
Weigelianischen vnd new Schwencfeldischen / Wider-  
täußrischen Irregeistern heilsame Christliche Bekeh-  
rung: Uns allen aber frewdige großmüthige Beständig-  
keit / sampt zeitlichen vnnnd ewigem Friede / von vnserm  
trauerhertzliebsten Voele vnd Immanuele Jesu Chri-  
sto. Was ich mit diesem Christlichen Wunsch  
wünsche: das wolle / kan vnd will er  
auch in der That erfüllen /  
A M E N.

M. VALENTINVS WALLEN-  
BERGER.

Ami-

AMICORVM

5

Vota & Calcaria

AD PIUM LABOREM SUSCE-

ptum feliciter ac velociter continuandam

& perficiendum meo voto sic ad-  
posita.

Ingressum JESV, Successum dirige JESV,

Egressum JESV: noxia nulla nocent.

**M**ulta nociva levi sparguntur scripta susurro  
Quæ non sunt Phœbi nomine digna, tamen

Tardum quæ stimulant vano clamore popellum,

Vt rigido eructet scommata fulta, dolo.

Quæris, quî fiat? Germanum idioma fugaci  
Mixturâ cinctum, causa & origo patet.

Hinc tua quis carper, VVallenbergere diserte

Cœpta gravi zelo ducta, reducta stylo!

Dum timidum intrepido scriptorem Marte refutas,

Pestiferam & fraudem, detegis arte gravi

Dum capis ut miles, penetrantia spicula, acuta

Spicula, projiciunt quæ mera dicta vaga

B

Avel-

Avellis bene sic, removes bene spicula missa,  
Quippe valet verbum, non petulans ratio  
Inde feres verus ceu victor molle brabæon  
Quod commendabit teque tuumq; genus  
Quod famam auget manantem à Pallade docta  
Amplius quod reditus, quodq; erit amplius Honos.

M. SEBASTIANI HEINRICI  
Ecclesiastæ Linderbacensis.

A L I V D.

Quid iuvat in poculis longos traducere Soles?  
Quid iuvat in ludis totas consumere noctes?  
Quid iuvat in nugis horas deperdere multas?  
Neq; Vacuna iuvat cum præmia nulla sequuntur?  
Hoc iuvat & labor est hostes invadere fortes  
Arma quæ nobis divina volumina monstrant:  
Scuta dabunt, gladios, hastas & spicula acuta:  
His quicumq; caret miles non ille munitus.  
Insultus hostis nil argumenta dolosq;  
Nil timeas: alii invideant, tua gloria iusta  
Tuq; vides, meliora probas, & vera tueris  
Quod monstrat scriptum docta brevitate paratum:  
V Vallenbergeri, pergas ne defice cæptis  
Justis, nil moveare & plura volumina scribas.

Surget

Surget honos tandem, sic præmia multa sequentur:  
Sedibus in superis supplebit Rector Olympi.

6

M. JOHANNIS MULLERI  
SCHALL.

ALIVD.

**L**audatur omnes ingenii sui  
Qvi mancipat vires Sophiæ bonæ  
Qui Maximas omnes ad unguem  
Solicite recitare novit.

Laudatur astu qvi potis est strophas]

Celare, mentis qvi vafra lemmata

Excogitat quî aucupetur

Gloriolam tenuemq; laudem:

Sed laude digna culmina per poli

Extollit quisquis studio sacro

Submittit ut semper ministrat

Palladium Sophiam sophorum.

Idcirco fama laudeq; te beat

Hoc seclum præsens reverende vir

Mirabitur valde futurum

Hæc tua dogmata si videbit:

B 2

Tu



Tu namq; fratrum cruda sophismata  
Crucis rosatae detegis & doces  
    Sermone docto puritatem  
    Salvificae fidei & beatae  
Sermone pergas perspicuo & gravi  
Monstrare quanam sit fidei & basis  
    Vitam perennem qua subire  
    Ambrosiaq; frui valemus.

*M. JEREMIAE ALBERTI.*

*ALIUD.*

**L**iber ad Stygios, & nigrum THETA merere,  
    Qui malefana moves, qui cacadoxa doces:  
Mystica sic damnanda tibi DYAS illa videtur  
    Quam legit exscriptam publica fama typis,  
    Quam vaframontis plenam nugacibus esse  
    Et rectae fidei dicis habere parum.  
Si verum hoc, merito pennae censoria puncta  
    Verbocrepifatum stringis in istud opus,  
Idq; ope caelestis scripturae, cernat ut omnis  
    Quam temere aut falso sit nihil hic positum.  
BIBLIA cui verum fundamenta nulla ministrant  
    Quid nisi rem vanam, somniat ille sibi.

*M. NICODEMI STATII.*

*Aliud.*



**M**ulta tibi Cives VVallenbergere: Camœnæ  
 Multa tibi debent, quas pietate foves.

Spargis enim purè divini semina verbi,

Et pascis Verbo vivificante gregem:

Fontibus ex ipsis Scripturæ, & arte Magistra

Confundis quicquid garrulus ille notat.

His cum doctrinæ promas angusta probata

Symbola: consequeris non mediocre decus,

Et superum cœlos, divinaq; germina plantas,

Atq; viret cultu parva juvena tuo:

Quo celebretur honos, Christi Republica crescat,

Doctores sacris sufficiantq; scholis.

O Sanctum hunc quamvis & dignum laude laborem!

Ecquis eo possit gratior esse Deo?

In terris afflicta tamen despectaq; multum

Instructi censu pavpere, turba sumus.

At tamen & merces est ampla recondita cœlo,

Quæ te quosq; pios non peritura manet.

Nam velut in reliquis phœbi lux eminet astris

Irradians totum lumine plena polum:

Sic pia majiori fulgebit turba docentum

Lumine, quo majus bajula gessit onus,

Hoc tandem fiet Christus cum venerit olim

Et dicet Reprobis ite: venite Probis.

JACOBI JUNIORIS adis Pra  
 dicatorum Cantoris,

A L I V D.

**A** Nimos decet feroces,  
 Heroicos sodales,  
 Virosq; Martiales  
 Per hostium minaces  
 Pugnantium cohortes  
 Sua mascule tremenda  
 Usq; explicare ferra,  
 Muliebriter nec enses  
 Trepidare multum acutos,  
 Timere nec cruentos,  
 Absconditos doloso  
 Cineri dolos & ausus:  
 Sed hostium frementes  
 Obstantium catervas  
 Pugnare præparatos  
 Vrgere militando  
 Ut impetu metendo,  
 Sternant humi nitentes  
 Contra sed impotentes,  
 Quæ fixa bellicoso  
 Ponant trophæa Marti'  
 Capiant & hinc perennes,  
 Sui triumphii honores.  
 Quare ô amice suavis!  
 Collega cordisimis  
 Dilecte, mi latebris,  
 Amande mi medullis,

Præstare se ferocem  
 Dum discutis sodalem  
 At non Ducis cruenti  
 Belli, Deæ mariti  
 Aheneos regentis  
 In præliis ministros,  
 Sed inclutæ Minervæ,  
 Heroidos beatæ  
 Musis piis dicatæ  
 Parentes & sacratæ,  
 Quando facunditate  
 Oris, sagacitate  
 Mentis cata, vagantes  
 Fratres crucis rosatæ  
 Nullius ensis usu  
 Ut & bipennis usu  
 Prosternis, & ruborum  
 Suffundis altiore  
 Tribuente JAH superbo  
 Coronaberis triumpho  
 Ut fulgeas Camœnas  
 Inter celebriores  
 Collis sacræ sororum  
 Castris ut & sophorum  
 Ut fiat hoc Monarcha  
 Pater, sator, creator,  
 Poli, soli q; præsta!

JOHANNIS FORSTERI  
 Cymb.

**V**eritas magnum, mihi crede, donum,  
 Opprimi nequit, licet hæc premi quit,  
 Veritas vincit superatq;  $\psi$   $\alpha$   $\delta$   $\gamma$   
 omnia mundi.

Hanc modò indages studio fideli,  
 Lector, hanc doctam Triadem pererrans  
 Mysticam contra Diadem: potitam am-  
 plectere sancte.

*M. H. Saltuarij*



*Ew)*



Εὐὸ τῷ Θεῷ προσηύχεται

# P R Æ F A T I O.

*Præfatio  
proponit  
& exponit  
nominis  
Propheta:  
1.  
Antiquita  
tem.*



Vamplurimi quidem in sacra Scriptura, ho-  
norum Tituli inveniuntur, quibus *Spiritus  
Sanctus* supremus ille *Doctus ac Ductor*, suo-  
rum mysteriorum *æconomus & ὑπηρέτης* sive  
*legatos* condecorat, honorat & ornat: *tri-  
tissimus* tamen est, & *antiquissimus* quo appel-  
lantur *Propheta* &

*2.  
Originem.*

*Videntes* 1. Sam. 9. Non quod fidei mysteria *Ecstasibus  
Enthusiasmis &  
visionibus*

scrutari debeamus & rimari: *Sed* quia Deus lucem inaccessam  
habitans, interdum voluntatem suam manifestavit per *visio-  
nes*: quales fuerunt: Dan. 7. de Leone,

*urso*

*pardo* &

*de animali adfectu mirabili & for-  
cinimis, Dan. 8. de Ariete cornibus ventilante,*

*Hirco caprarum ab Occidente su-  
per faciem totius terræ veniente, &c. Ezechiel. ut & Johannes  
in Apocalypsi visiones videre: quemadmodum Petrus Act. 10.  
Paulus 2. Cor. 12. asserit se raptum fuisse in tertium Cælum: ut  
verbo Dei fideliori & firmitiori cordis fiducia, credatur. Non  
enim verbum factum est propter visiones: Sed visiones factæ sunt  
propter verbum. Nec creditur verbo Dei propter visiones: Sed vi-  
sionibus*

*sionibus*



P R A E F A T I O.

visionibus creditur propter verbum. Et si vero visio privilegium peculiare fuit propheticum, quod amplius nos non ligat: tamen Nomen remansit ut qui olim videntes appellabantur, hodie appellentur *Propheta*. Et credo inde non tam à visionibus quam à videndo,

attendendo observando simile Ezech. 3. & 33. de vigilibus desumptum. Quem admodum legati Dei, etiamnum hodie appellantur *Episcopi* dno & *Ἡμερονομήν* super attendentes

pastores

concionatores

*Diaconi* Act. 20. Attendite ergo vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit *Episcopos* regere sive pascere *Ecclesiam Dei* quam acquisivit proprio sanguine. Quia igitur Deus supremus Sator Pater & Collator *Ecclesiae*, me videntem

prophetam

Custodem &

Domus suae *Diaconum*

1. *Thim.* 4. constituit: vigilans vigilabo, & fideliter pro viribus tamen Dei auxilio attendam gregi commisso, ne decipiantur aut decipiantur in vita &

Fide. Ad præcavendum posterius *σωθήσῃ* examinatum elegi *Dyadem Mysticam* (ut vocatur) *CHRISTIANI*

*THEOPHILI*. Cui speciosum quidem Auctor fecit Titulum, & quasi Pandoram speciosam mundo attulit: *pixidem* interim labentem refertam errorum

malorum

fraudum & deceptionum perniciosissimarum:

cui nisi in fundo spes esset relicta emendationis & correctionis indigna quæ lucem cerneret.

Sed dicit ille *Christianus Theophilus*: Quid ad te, aut tuam rem refert *Rosicrucii* id est, ἀνόμινοι veritatis arcanae scrutatores, & *Speculatores* quid rerum agant

4. Auctoris ad scribendum vocationem.

5. Obiectione

quid



## P R A E F A T I O.

*quid moliantur,  
quid meditentur,  
quid dicant aut scribant?* Bone vir dicam  
ego sed absq; ambagibus dicam: *Causa publica est: cujus gra-  
tia quicumq; magis facit quam sui quaestus, ille vir sane bonus &  
fidelis.* Nunquid malus est qui reticet, si quid perverse fieri vi-  
det? Num etiam pluris paucorum Hominum gratia favor &  
honor faciendus, quam id quod *profit pluribus?* Bone vir Theo-  
phile, tibi quod licuit mihi etiam licere *vident qui alias invi-  
dent.* Eodem enim precio Saltibi perhibetur, quo mihi. Pu-  
blicè, quia tuos errores audes serere: publice ego provo-  
catus gaudeo terrere examinare & refutare: *remotis tamen  
omnibus personalitatum & equivocationum larvis utpote pesti-  
lentissimis veritatis obstaculis & impedimentis in Theolo-  
gia & Philosophia. Nobis enim Theologo Philosophis, & Philo-  
sopho Theologis non pugna est cum personis sed vitijs & erratis.*  
Quare *hac vice classicum saltem canam certamen & examen inci-  
piam, concione quod publica docui, publice defendam.* Qua infor-  
matione si Adversarius nolit acquiescere, *fremat, gemat, surgat  
& insurgat contra me: Experiemur quid contra manifestam ve-  
ritatem è fontibus Israelis & rivulis philosophicis haustam velit  
aut valeat. Veritas sane, hastam suam nunquam deposuit: Sed  
parata & armata ad pugnandum, immo triumphalissima est.*

## T R A C T A T I O.

Sed tandem extra carceres in campum id est ad *certamen  
examen &  
ventilationem,*  
hujus *Mystica* (si Deo placet) *Dyadis*, in cujus disquisitione, ut  
certos *cancellos  
certas metas,*  
*certaq; capita* nobis praefigamus,  
nec longius, quam par est extra pomeria *excurremus*, tempus  
inutiliter *heterogenis teramus*: totum certamen & examen ad  
*duas has revocabimus metas* proposituri: I. Πα-

## DISPOSITIO.

I. *ἡ ἀδοξία ἀδοξίαν seriem & congeriem.*

II. *Trium principalium questionum explicationem adnexa sophisticationum Antagonista refutatione.*

Oriens ex alto faveat cœpto, & foveat nostra corda, Ego ut veritatem defendere: Antagonista errores cognoscere, revocare & corrigere gestiimus; nosque omnes Deum hic temporaliter, illic in vita optata, sperata, beata æternaliter laudemus & celebremus, fiat.

## CAPVT PRIMVM.

ERRORUM series & congeries in frontispicio à nobis ponitur, ut lector æquus oculis quasi videat & penitus intelligat

*Quæ*

*Qualia &*

*Quanta ἡ ἀδοξία & absurda pallientur & occultentur in hac Mystica Dyade, æquus Lector æqua lance ponderabit illa ut sequantur:*

I. *Duas esse fidei SPECIES littera A. lin. 4.*

II. *Discriminis inter Species fidei Natura & Gratia notitiam Homini salvando summe necessariam esse in orbe Christiano ibidem lin. 8. & 9. in Tit. lin. 4. & 5.*

III. *Compositionis hominis ex quibus & quot partibus homo compositus, cognitionem Christiana viam monstrare ad beatam æternitatem & æternam beatitatem ibidem lin. 15. & in Tit. lin. 4. & 5.*

IV. *Hominis compositionem recte & dextre agnovisse apud Ethnicos Hermetem Trismegistam, Platonem, Pythagoram &c. Et eorum sinceriores discipulos & sectatores lit. A. lin. 1. & fac. 2. lin. 2. Gaude Plato! plaude Cato propter acceptam coronam civitatis in civitate Christi!*

V. *Veram, veriore, verissimam de compositione hominis scientiam esse, daß man nicht allein glaube/sondern auch viel mehr gewiß erkenne / verstehe vnd wisse / der erste Mensch Adam / vnd*

*& ij*

*alle*

10.

*Propositio  
dispositio*

*Contra.*

*Eph. 4. v. 3*

*& 13. Jud.*

*v. 3.*

*Idem docet*

*Wigelius*

*pag. 248.*

*postill.*

*Ioh. 17. & 3*

*Ioh. 14. &*

*7.*

*NB.*

*Weisen die*

*nun den*

*Weg zur e-*

*wigen See-*

*ligkeit?*

*in Tit. lin.*

*5.*

*Luc. 6. &*

*v. 39.*

DISPOSITIO.

N.B.  
Sunt ne  
impii etiã  
Homines?  
aut habent  
aliam for-  
mam speci-  
ficam?  
Eccl. 12. v.  
7.  
Luc. 16. v.  
22.  
Matth. 10.  
28.  
Act. 10.  
Ergone  
Christus ut  
Messias nũ  
miracula  
edidit: Sed  
Homines  
fortissima  
sua imagi-  
natione?  
Vide infra

alle seine Nachkommen / sey auß dreyen partibus essentialibus five  
substantialibus zusammen gesetzt. Non pluribus nec paucioribus:  
non paucioribus nec pluribus lit. A. fac. 2. lin. 9.

VI. Tertiam partem hominis spiritum esse de substantia pro-  
pria hominis ibidem.

VII. Hominem quoad animam & corpus brutis esse parem  
immo animam habere mortalem. B. lin. 32. & fac. 2. lin. 30. Ade-  
stam Luciferiani & Vincenti Victor, En Victoria pro nugis ve-  
litis digna paratur: Sed non probatur nec conservatur.

VIII. Fidem, qua ægroti tempore Christi & Apostolorum  
fuere sanati naturalem fuisse operationem. In dem die Mensch-  
liche Vernunft vnd Imagination sich so hoch in Christum als ei-  
nen mächtigen Gesundmacher am Leibe exaltiret vnd erhöhet hat/  
daß die Kranken dadurch sind gesundt worden.

IX. Hanc sanandi vim etiam Anima hominis esse inditam im-  
plantatam innatam: Hæc & alia @ Egidio & absurdissima ab-  
surda aliis genio &

ingenio  
ocio &

sumptibus pollutibus examinanda ac refatanda li-  
bens ac lubens committo & committerem prorsus: nec imprudens  
altercationibus me immiscerem memor occupationũ max-  
imum. Sed quia hic Tractatus non solum in omnium litteratorum  
& illitteratorum manibus geritur ac teritur & quasi sanctum ali-  
quod scriptum legitur ac relegitur jugiter: Verum etiam nostris  
concionibus publice publice contradicit: Simpliciores æquivoca-  
tionum sophisticationibus ducit & abducit à lapide Angulari  
Christo ad lapidem philosophorum: à pnevmo technia ad pyro-  
techniam: à sanctæ scripturæ harmonia, ad creaturarum analo-  
logiam: à Salvatore, ad Sal-

Sulphur &

Mercurium Theophrasti (B iij.) Ego

tres sequentes quæstiones, quas Dei auxilio proposui pro con-  
cione



DISPOSITIO.

II.

cione in corona frequenti Christianorum: nullus dubito & san-  
ctorum Angelorum, in quorum medio Sanctus Magni Consilii  
Angelus: proponam.

disponam &  
exponam sic:

CAPVT SECVNDVM.

- Ecquid {
1. Anima sit mortalis?
  2. Sanati à Christo & Apostolis mere corporalem, & quidem  
nuda & profunda imaginatione sanitatē acceperint?
  3. Spiritus pars hominis sit substantialis & anima specificè  
contradistincta?

Harum ζήτημάτων Affirmativam Antagonista amplectitur: Ne-  
gativam exosculamur nos luce &  
duce scriptura:

suffragante patrum censura:

Autoritate Beatissimi patris D. Martini Lutheri, quem Au-  
tor pro se, in frontispicio, ut Sathanas Psalmum 91. allegat.  
Hocine mi Theophile quisquis es, (novimus autem qui sis) Theo-  
philum agere? Vide ne omnes Tituli Pseudodoctorum quos  
numero multos in præfatione, ex onomastico theologico  
splendide & prolixè præfaris in te quadrent. Bone vir! Non  
tibi sed veritati invicta

victoriam  
gloriam  
honorem

Tribue candidè: Sane! gaudium erit Angelis  
Solatium tibi,  
Tripudium nobis!

C 3

QVÆ



# QVÆSTIO PRIMA

De Συνοφθασηία.

Erroris.

I.  
Origo.

Ecquid Anima { Mortalis & homini cum brutis communis?  
cum corpore moriatur & resurgat?  
sit de carne & substantia carnis?

Errores primum hos errarunt *Luciferiani*, ut *Nicephorus* lib. 3. c. 15, tradunt, à *Lucifero* Episcopo dicti, qui hujus sectæ ἑταροῦ.

Fuit enim erroris & discessionis à communi Ecclesiæ cœtu faciendæ causa *Luciferi* Episcopi tum ambitio, tum etiam ira, quemadmodum in historiæ Ecclesiasticæ libello, qui indicatio hæresium dicitur, traditum est: adeo ut ex parvis initiis lugubres exitus habuerit, fueritq; magnarum occasio in Ecclesia Christi dissensionum & ὄπλον Φιλονεικῶν ut *Gregorius Nazianzenus* scripsit.

Cum enim *Paulinum* creatum à se Antiochiæ Episcopum præter communem totius plebis consensum: Sed tantum ad unius, quamquam sanioris populi partis votum intellexisset, sperni, neq; acceptari ab *Eusebio* Vercellensi Episcopo (qui ab Alexandrina Synodo illuc missus erat perturbationis Ecclesiæ tollendæ gratia) excandescens, *Lucifer* se, sibiq; consentientes alios, ab *Eusebio* separavit, & Alexandrinam illam Synodum, quamquam orthodoxam, & cui etiam *Athanasius* ipse interfuit, damnavit, & delirans hæc deliria evomuit: *Animam hominis esse de carne & substantia carnis: Esse corpus non spiritum, cum corpore mori & resurgere, mortalem & homini cum brutis communem, &c.*

2.  
Propagatio.

Horrendos hos errores & quidem posteriores, ab inferis quasi revocat *Theophilus* ille noster *Antagonista*: qui post tot convocatas Synodos, in quibus damnata est ista hæresis: Post tot publicas Conciones, in quibus à nobis contrarium audivit, audet

QV AESTIO I.

audet & gaudet quasi rosam de spinis universo orbi commendare, & veluti dogma aliquod sanctum, & ad viam aeterna salutis ducens imperitis obtrudere.

Sed quid os veritatis Spiritus Sanctus? Immortalitatem Animarū nostrarū validissime in sacra scriptura adstruit *Dictis Exemplis & Consequentis.*

I.

Γ Ν Ω Μ Ι Κ Ω Σ.

**I**Nter dicta & manifesta scripturae Testimonia primum habeant locum sequentia: Matth. 10. v. 28. Dominus consolatur suos dicens: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, ANI-  
MAM occidere non possunt.* Eccl. 12. v. 7. Confessio Salomonis, *Revertatur pulvis (σῶμα) in terram suam, & spiritus (ψυχή) redeat ad Deum qui dedit illum.* Apostolus his subscribit: Rom. 7. *Infelix ego, quis me liberabit de corpore mortis hujus.* Et 2. Cor. 5. *Scimus quoniam si terrenum domicilium nostrum corrumpitur, adificationem habemus ex Deo.* Philip. 1. *Cupio dissolvi & esse cum Christo.* Act. 7. *Stephanus in manus Christi tradidit Spiritum suum.*

Non piorum solum: verum etiam impiorum animas extra corpus vivere, intelligere ac velle: piorum quidem in Caelo cum Christo regnare: Impiorum v. in inferno cum Diabolis cruciari (quomodo ille cruciatus fiat objective: an subjective hujus loci non est dicere) differit Christus Luc. 16. v. 9. *Cum homines pii & misericordes deficiunt hoc est decedunt ex hac vita, eos, id est eorum Animas recipi in aeterna tabernacula: & alibi dicit, Luc. 23. v. 43. Eas secum esse in paradiso: De istis vero exemplo Epulonis propositio Luc. 16. v. 23. eas in infernum, id est, in locum aeternis ignibus destinatum abire, ibi q; cruciari.* His si adversarius non contentus plura querere & invenire in sacris valet, si velit: Nos brevitate gratia nuda adponemus allegata: Gen. 1. v. 27. 15. v. 15, 25. v. 8. 35. v. 29.

12

NB.

*Causam, cur Antagonista Animae mortalitatem: Spiritus immortalitatem asserit, monstram & ridiculam invenies, & quidem prolixè expositam, apud Weigelium in Postilla pa. 122. super Evangelium de divite & Lazaro Dom. 1. post Trin. linea praesertim 26. Getruckt zu Nienestatt Anno 1617. 3. Refutatio & negationis ratio.*

QVÆSTIO. I.

35. v. 29. 37. v. 35. 49. v. 18. Exod. 3. v. 6. Num. 23. v. 10. Sam. 28. v. 11.  
 1. Reg. 17. v. 21. Iob. 4. v. 18. 13. v. 15. 16. & 19. v. 25. 26. 27. Psal. 16. v. 10.  
 11. & 17. & 15. 33. v. 6. & 69. v. 29. & 102. v. 29. Esa. 14. v. 9. & 51. 6.  
 Ezech. 37. v. 4. Dan. 12. 2. Mach. 10. v. 28. & 22. v. 32. Luc. 12. v. 5. 22.  
 v. 23. 20. v. 36. 1. Cor. 15. v. 19. 2. Cor. 5. v. 1. Phil. 1. v. 23. Heb. 12. v. 9.  
 & 13. v. 17. 1. Pet. 1. v. 9.

II.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙΚΩΣ.

1.  
 Enoch.

Successedunt immortalitatis *Animarum Exempla in Henoch,*  
 Gen. 5. v. 24. Jaredi filio, Trinipote Sethi: is cum sincere &  
 integre coram Deo in suo munere versaretur, sola ei fide pla-  
 cuit, & jam jam è vivis excessurus, per fidem mortem non fen-  
 dit: Sed anima & corpore ad vitæ melioris gaudia translatus  
 est.

2.  
 Abraham.

In *Abrahamo* Gen. 25. v. 7. 8. patre multarum gentium Deo  
 quasi intimo qui anno ætatis centesimo septuagesimo quinto  
 cum honore à duobus filiis in Hebrone sepultus & ad popu-  
 lum suum congregatus.

3.  
 Isaac.

In *Isaaco* Gen. 35. v. 29. qui ætatis anno centesimo & octua-  
 gesimo exspiravit & appositus est populo suo senex & plenius  
 dierum.

4.  
 Jacob.

In *Iacobo* Gen. 49. v. 29. Apparitione Dei Moysi ~~Exod. 3. v.~~  
 15. & 16. Quo ipso probat & Christus resurrectionem futuram  
 & sanctos *Mortuos Deo vivere*, Matth. 22. v. 31. *Core cum com-*  
*plicibus suis* Num. 16. v. 31. Psal. 106. v. 16. 17. *Saule* 1. Sam. 28. v.  
 11. Nam si *Saul credidisset Samuelem quo ad Animam extinctum non*  
*petivisset eum exsuscitari* (qui tamen non prodiit sed spectrum  
 in ejus vestitu & figura.) Lucæ 16. *Parabola* (sive historia) Do-  
 mini de *Lazaro & divite de villico iniquitatis*, indicant *Anima im-*  
*mortalitatem. Confessio damnatorum in inferno*: Talia dixerunt  
 in inferno ij qui peccaverunt Sap. 5.

5.  
 Davit.

*Davit* cum 2. Reg. 12. videret mortuum puerum suum, non  
 plora-

QVAESTIO I.

13.

Ploravit amplius, sed dixit: *ego vadam ad eum, ille vero non revertitur ad me.* Vnde Augustinus in libro de doctrina Christiana inquit: Non orbitatem filii doluit David, dum luget Absolonem filium sed quia noverat in quas poenas tam impie adultera & parricidalis Anima raperetur.

*in regibus qui dormivisse cum patribus suis dicuntur. Roboamus 1. Reg. 14. v. 31. Josaphato 22. v. 51. Ioram, 2. Reg. 8. v. 24. Iehu 10. v. 33. Jeroboamo 14. v. 14.*

6.  
Regum.

*Manabem 15. v. 22. Joatham v. 38. Achaz 10. v. 20. Ezechia 20. v. 21. Manasse 21. v. 18. Abia 2. Reg. 15. v. 8. Ozia 2. Paralip. 20. v. 23. Vnde sequitur eos vivere post mortem corporis & in universalijudicio eos tandem resurrekturos. Exempla plura qui requirit, quarat in Thesauro scriptura, inveniet numero & ordine multa.*

III.

ΑΠΟΔΕΙΚΤΩΣ.

Audiamus denique acutissimum & felicissimum disputatorem ac Doctorem Iesum Christum, qui Matth. 22, contra Saducaeos ita argumentatur:

*Deus non est Deus mortuorum sed viventium*

*Atqui Deus est Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob.*

*Ergo illi vivunt, puta secundum Animam partem nobiliorem, proinde Anima est immortalis id quod erat demonstrandum, contra nostrum Theophilum judaizantem, hac enim de quaestione Judaei moderni nugantur & fabulantur, omnes Dei promissiones temporales esse & hujus vita, nihilq; adeo meminisse Deum de promissione vita futura. Otto Branf. in pand. pag. 175.*

Sed Antagonista noster, Affirmationi suae fidem facturus excipit & objicit.

A.  
Exceptio  
& Affir-  
mationis  
ratio.

Κρησφύετον.

Primum excipit: Allata dicta, exempla & fundamenta non intelligenda esse de Animae immortalitate sed spiritus parte

D

homi.

QVAESTIO I.

hominis suprema & nobilissima, ab Anima essentialiter distincta qua solum coelestia sapit immortalitatem capit lit. A. 3. & 4.

Responsio.

Næ adversarius noster Religionem in vocibus, & pietatem in lingua non sensu gerit! Duas enim Hominis esse partes proprie dictas & ουσιαστικας non plures quis contra scripturam Sap. 1. v. 13. 14. Sap. 2. v. 13. negabit? Corpus scilicet & Animam sive spiritum. Prior Græci ψῆμα: Hebræis vero Givah ita dictum quod ex partibus Hominis unicum emineat apparendo:

Posterior Anima à Græco ἀνεμῶ id est, Ventus Spiritus teste Lectantio in Libro de opificio Dei cap. 17. Græcis ψυχή à ψύχω Spiro. Ex his prælibatis Notationibus & Etymologiis intelligimus una appellatione

*Animam*

*Animum*

*Spiritum &*

*Mentem* appellari sicut & Cice

ro latinis patris lib. 1. Tusc. quæstio: Animam & Animum idem esse quibusdam, fatetur. Cui & Isidorus lib. 11. Etymologiarum ad stipulatus his verbis *Anima, inquit dum vivificat corpus, Anima est, dum velut Animum est dum scit, mens est, dum recollit memoria est, dum rectum indicat ratio est, dum spirat Spiritus dum aliquid sentit sensus*: Sic etiam sacra scriptura Animam vocans spiritam de eadem loquitur Hominis parte ut Gen. 2. v. 22. 1. Cor. 2. v. 11. 6. v. 20. 2. Cor. 7. v. 1. 1. Cor. 5. Heb. 12. v. 9. Eccl. 12. v. 7. Luc. 16. v. 22. Quo tendunt definitiones Animæ: quæ variae à variis adferuntur eo tamen sensu consentiunt: Quod *Anima sit spiritus finitus primi Hominis corpori à Deo inspiratus, & postea vi benedictionis divinae cum humano semine (nō materialiter: sed instrumentaliter intellecto) traductus: à corpore per mortis interventum suo tempore dissolvendus* vel ut Cyrillus definit in Catech. pag. 33. Anima Hominis est essentia spiritualis creata à Deo ad imaginem ipsius, intelligens libera & justa, quæ est

pars

NB.

Quo sensu, & hac vocis acceptione re. Et dixeris & spiritum & Animam immortalem: quia sunt in illatis dictis synonyma.

QVAESTIO I.

14.

pars Hominis, nec extinguatur cum à corpore discessit, sed est immortalis. Sed aliud est loqui de Anima effectis : illa si est illuminata à Spiritu sancto bonum edit Spiritum meditatatur laudes Domini Noctes atq; dies immo vigilans & dormiens unde homo spiritualis dicitur Rom. 8. quia ductum Spiritus sancti sequitur : Contra si Anima non illuminata & infidelis Homo non renatus edit malos spiritus dicitur Gott mit falschem Geist. Syr. cap. 1. Quæ vocabula Bonus Spiritus : Malus Spiritus non sunt substantialia. Et Homini essentialia, quia nec partem materialem : nec formalem constituunt quæ tamen Symbola sunt verarum substantialium & essentialium partium ut infra pag. 45. audiemus : multo minus immortalitas de illis prædicatur *Accidentis enim non datur accidens.* Vanum itaq; effugium adversarii est & nullum.

Deinde obijcit scripturarum harmoniam

Humanæ Animæ cum brutis paritatem & obiectorum Animæ & Spiritus differentiam.

I.

Scripturarum harmoniam allegant hanc adversarii.

Ezech. 18. *Anima que peccaverit ipsa morietur.*

Num. 23. *Moriatur Anima mea morte justorum.*

Sap. 1. *Os quod mentitur occidit Animam.*

Iosue 2. Exploratores dixerunt ad Raab : *Anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideritis nos.*

Lev. 20. *Anima quæ declinaverit ad Ariolos & magos, eam interficiam.*

Gen. 17. *Masculus cujus præputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima de populo suo Ergo Anima est mortalis spiritus vero immortalis litt. B. fac. 2. lin. 32.*

Sane adversariorum saduceisantium argumentum non ferreum sed terreum est : in terram igitur prosternitur *Distinctio- ne vocabuli Anima proprie & Sinecdochice accepti.*

Si in allegatis testimoniis proprie acciperetur robur habe-

D 2 ret

NB.

*Alias Anima à suo Spiritu non essentia & substantia : sed munere & operatione distinguitur Pars tertia dari nequit una enim essentia Hominis quia una forma : & una materia.*

B.

*Obiectio & Affirmationis ratio.*

*Responsio.*

## QVAESTIO I.

ret atq; pondus argumentum: Sed acceptio est *Synecdochica* ex abundantia veritatis gemina: vel enim *Animam pro vita per Synecdochen partis pro toto*: vel si mavis per *Synecdochen generis pro vita gratia* accipias utrobique non aberrabis ut in illo Ezechielis, Anima quæ peccaverit illa morietur: Non inquit abolitione substantiæ: Sed ejus consortio & vita, qui dicit Ioh. 14. Ego sum vita, omnis qui vivit & credit in me non morietur in æternum Ioh. II.

### II.

Deinde obijcit lit. B. fac. 2. lin. 26. *Anima rationalis cum brutis convenientiam his verbis*: Nach welchen zwey Thierlichen oder Animalischen partibus des Menschen / den Thieren gleich ist. Aber der Geist des Menschen / weil er auß dem Munde Gottes entstanden / bleibt nach seinem Wesen für sich. *Ergo Anima hominis est mortalis veluti bestiarum Spiritus immortalis.*

*Responsio.*

Et hoc argumentum non solidum sed stolidum est id quod excellentissimus, ad quæ Homo ab initio conditus, finis arguit simul & bestiarum terminus terreus & caducus. Hæ quidem citatæ sunt propter Hominem, Homo vero non propter has. Ideoq; quãdo intereunt cum Anima cum corporibus pereunt: sublato sine cessant & destinata: Homo autẽ conditus est corpore & Anima (quod Antagonista loco citato negat dicens welche beyde theil der Leib vñ Seel auff natürliche Sachen gerichtet seyn allein) ad melioris vitæ conditionẽ aeternum ut contempletur Deum visu Ps. 42. Coelica ut percipiat mysteria auditu Es. 1. v. 2. Rom. 10. v. 10. Bonitatẽ Dei ut gustet quasi gustu Ps. 34. v. 9. Ab arboris vetitæ fructu abstineat Tactu Gen. 2. v. 17. ut omnium Spiritu Ps. 150. laudet dominũ corde credat ad justitiã Rom. 10. v. 10. ore confiteatur ad salutẽ v. 11. Deut. 6. Matt. 22. Diligat Dominum Deum suum ex toto corde (i. e. voluntatis affectu) tota anima (i. e. inferiori portione sensitiva) & mente tota (portione operatione & functione suprema) de qua plura in tertia quæstione.

*Ergo anima rationalis Hominis, non perinde ad bestiarum cum corpore interit: Sed est immortalis occupatur etiam circa æterna, &*



QV AESTIO I.

14.

negocia salutem concernentia quod de bestiarum anima citra blasphemiam affirmari nequit.

Sed inquit Antagonista ex 1. Cor. 2. v. ult.  $\Psi\upsilon\chi\iota\kappa\omicron\varsigma\ \acute{\alpha}\nu\theta\omega\mu\omicron\varsigma$  &  $\delta\acute{\epsilon}\chi\epsilon\tau\alpha\iota\ \tau\acute{\alpha}\ \pi\acute{\nu}\epsilon\upsilon\mu\alpha\tau$  litt. B. ij. Hoc est, Anima Hominis sive Homo Animalis Spiritus sidereus sive firmamentalis in homine occupatur tantum circa naturalia vnd ist dem Menschē von Gott nicht befohlen / durch desselbigen Krafft alleine per se mediante ratione die Göttlichen Dinge zu erforschen oder zu tractiren (jam contrarium audivimus quomodo etiam 5. sensus exteriores occupentur circa divina) es sey dann daß sie durch Krafft den Menschlichen Geisten i. e. beneficio mentis sive intellectus erleuchtet werde / vnd ferner dieser Geist des Menschen / oder sein mens, Animus & intellectus, durch den Geist Gottes oder den H. Geist / ic. Daß also was im Menschen ist / von oben herein purificiret vnd illustriret sey. Der H. Geist illustriret die Seele / vnd ferner die Seele illustriret die sensus corporis; darvon viel mehr zusagen were. Es ist aber allhier meines Intents nicht. Hactenus Antagonista. Hic quamplurima essent virgula censoria notanda praesertim illa quae de modo & ordine conversionis & regenerationis fabulatur more Schvvenckfeldianorum & Pelagianorum: Verum hac ad aliud differimus tempus, & jam respondemus ad prolatam ex 1. Cor. 2. dicti explicationem. Distinguendo inter Hominem Naturalem Carnalem & Spiritualem dictum Apostoli intelligitur 1. De Homine carnali qui à Deo per peccatum aversus est immundis mundi se affectibus mancipavit totum, alio nomine dicitur vetus homo nempe qui est absq; Spiritu Dei, hic non potest ea cognoscere, quia inquit dijudicantur, discernantur intelligantur, aestimantur spiritualiter, id est, per Spiritum sanctum in scriptura docentem qui in carnali & infidei Anima non habitat: 2. Deinde intelligitur etiam, suo tamen modo, de Homine Animali, dicto non ab Animal ut Antagonista opinatur quod brutum intelligi liceret à quo Anima rationalis toto caelo differt, sed ab Anima humana, quatenus secundum stylum & filum rationis non  $\acute{\omicron}\delta\iota\gamma\iota\alpha\upsilon$

Effugium  
Adversarii diluitur.

NB.  
Organice.

Dictum 1.  
Cor. 12. explicatur.  
Homo carnalis quid?

Homo Animalis quid?

D 3

Spiritus

QV AESTIO I

NB.  
 Antagoni-  
 sta asserit  
 solum spi-  
 ritum Ho-  
 minis rege-  
 nerari.  
 Der Geist  
 des Men-  
 schē erlange  
 die Nenge-  
 burt durch  
 das Fleisch  
 vnd Blut  
 Christi.  
 lit. B. 2. fac.  
 2. lin. 11.  
 Differen-  
 tia in-  
 ter Homi-  
 nem Natu-  
 ralem car-  
 nalem spi-  
 ritualem.  
 Carnalem  
 & Natu-  
 ralem Ho-  
 minem re-  
 ciprocari  
 vult aduer-  
 sarius sed  
 falso.  
 NB.  
 Explicatio-  
 nem aduer-  
 sarij.

*Spiritus sancti in scriptura sequitur, ut videas condemnatum etiam hic intellectum & quidquid in Homine per naturam optimum est, quemadmodum & sequenti capite totum Hominem damnat dicens, secundum hominem ambulatis: quasi dicat non secundum Deum. Neque est quod dubites, quando additur, nec potest cognoscere vel intelligere &c. Quid iam laudis relinquitur libero arbitrio quando intellectus Hominis non potest intelligere ex se quae sunt Spiritus Dei. Sed quando naturalis Homo per aquam & Spiritum sanctum Job. 3. regeneratur & illuminatur intelligit ea quae sunt Spiritus luce & duce Spiritu sancto in scriptura. Et tunc dicitur homo spiritualis ratione illuminationis. Naturalis enim Homo & spiritualis non opponuntur aduersae sed disparate datur enim tertium nempe carnalis Homo quod contra Antagonistam notandum ex his rationibus 1. Naturalis enim Homo se habet ad carnalem tanquam subiectum recipiens ad suum adjunctum 2. Naturalis Homo latius patet carnali 2. Licet enim omnis carnalis Homo sit naturalis tamen non contra: cum etiam Homo spiritualis sit Naturalis 4. Quia ex carnali potest per regenerationem fieri spiritualis Homo: manente tamen secundum essentiam naturali Homine. Hic Spiritualia Spiritualibus dijudicat non ut aduersarius opinatur & fabulose explicatione huius, dicti fabulatur immo fallit & fallitur quasi Anima rationalis à censu instrumentorum, obiectorum, rerum theologicarum sequeretur nihilq; horum intelligat sive sit obscurata sive illuminata vox enim spiritualibus non ad Homines refertur. Sed ad res quibus ac commodandam putavit Paulus eloquentiam ut sensus sit huius dicti.*

*Spiritualia Spiritualibus dijudicantur.  
 Doctrinam spirituales doceri debere sermonibus spiritualibus in sacra scriptura fundatis non inanis & prophanis vocum novitatibus ut pseudo Apostoli faciebant.*

*Manet igitur Animam rationalem occupari circa immortalia  
 spiritualia  
 terre*

QVÆSTIO. I.

*terrena & naturalia pariter.*

id quod erat contra Antagonistam negantem concludendum.

QVÆSTIO SECUNDA.

De Fide.

**E** Cquid sanati à Christo & Apostolis fidem habuerint salvificam: an vero nuda imaginatione sanitatem acceperint? Prius affirmamus: Adversarius posterius defendere conatur: I. Syllogismo 2. & exemplorum cumulo: A. Syllogismus talis est:

*Spiritualia Spiritualibus: corporalia corporalibus tractatur & comprehenduntur mediis & modis: At morbus egrotantium sicut etiam sanatio & medela, qua sanati sunt egroti illi tempore Christi & Apostolorum fuit mere naturalis in dem die Menschliche Vernunft und Imagination sich so hoch in Christum / als einen mächtigen Gesundtmacher am Leibe exaltiret und erhöhet hat / daß die Kranken dadurch sind gesund worden / ohn alle andere äußerliche natürliche Medicamenta und Mittel. Solche Krafft ist auch der Seelen / das ist dem natürlichen oder Siderischen Geist des Menschen verlihen und gegeben / lit. C. 2. Ergo fide naturali sive profunda imaginatione: non fide salvifica sive spiritali sanitatem comprehenderunt & acceperunt.*

Φ Τ Λ Α Κ Τ Η Ρ Ι Α.

Arma quibus Antagonista Syllogismi propositionem armare sudat & laborat proposita sunt littera C. his verbis man soll Geistliche Sachen / Biblische Materien: mit Ungeistlichen natürlichen und Animalischen nicht vermengen vund vergleichen. Denn gleich erkennet seines gleichen / vnd nimmet abn seines gleichen. 1. Cor. 2. v. 14. Der natürliche Mensch vernimpt nichts vom Geiste Gottes / es ist ihm eine Thorheit / vnd kan es nicht erkennen/

Cum suo Wigelio pag. 246. Postil. verbis iisdem.

Majorem propositionem Adversarius his verbis stabilire conatur.



QVAESTIO II.

fennen / denn er wird von Geistlichen Sachen gefragt. Sed in  
Græco est ἀναγιγνῆται interpretes transludere examinatur  
d. iudicatur ibi.

Explicatio  
dicti. Cor.  
2. v. 14.

dem v. 14. Spiritualibus spiritualia iudicantes in Græco est  
συγκρίνοντες πνευματικῶς πνευματικά id est ἀνδράποισ πνευμα-  
τικῶς συγκρίνοντες πράγματα πνευματικά vel σὺ ἐκείνοις κρι-  
νοντες communicantes iudicium nostrum de spiritualibus cum  
ijs qui sunt spirituales: aut πράγμασι πνευματικῶς ἢ πνευμά-  
τικα comparantes spiritualia cum spiritualibus materijs. Ecce  
nullius instrumenti sit hic mentio, ut adversarius opinatur. Ibi-  
dem fac. 2. lin. 13. Natürliche und vbernatürliche Dinge sind ein-  
ander etlich theils widerwertig (Saniores philosophi dicunt dispa-  
rari, non contrariari: esse non contra, sed supra fundamenta  
Ἰηγουσῶος) ut Musica non iudicat de Syllogismo an bonus, vel ma-  
lus in forma quia nō tractat de illius instrumentis & principiis: in-  
terim Musica non adversatur & contrariatur ἀναντήσια logica. Sed  
de his alibi:

Adversa-  
rij propo-  
sio major  
quo sensu.

I.

Vera.

Arma nostra quibus Antagonistam armatum inermem red-  
dere volumus & valemus sunt sacra scriptura fundamenta & lo-  
gicalia organa, ad quæ propositi syllogismi propositionem &  
adsuntionem examinabimus & ita falsitatem à veritate felici-  
ter ac velociter separabimus.

Propositio vera est de causis internis puta de materia & forma:  
ex auro enim sit aureum poculum non lapideum aut ligneum,  
sic propositurus dogma fidei: probationem sēmat necesse est non ex  
delirantium philosophorum somniis: sed Spiritus sancti oraculis. De  
Deo & divinis mysterijs enim non aliter loqui debemus atque  
sentire, quam sicut se in verbo suo per Prophetas & Aposto-  
los tradito patefecit: huc referantur allata ex 1. Cor. 2. v. 14. & c.  
dicta.

2.  
Falsa.

Falsa autem est prout adversarius accipit de causis Externis  
puta

QVAESTIO II.

puta de efficiente

instrumentali

& finali. Quid quæso divinius est verbo Dei quod auribus audimus? Non enim audimus verbum Hominis sed sicut revera est, Verbum Dei quod & efficax est in creaturibus, 1 Thes. 2. & 2. Pet 1. Non voluntate Hominum allata est doctrina prophetica, sed à Spiritu sancto impulsu locuti sunt sancti Dei Homines. Hoc cine animale & corporale instrumentum Auris apprehendit spirituale nempe VERBUM DOMINI?

Mi Theophile mecum mirare, non rimare hæc tria novorum novissimæ:

1. Virgo Mater.
2. Deus Homo.
3. Auris Verbum Jehovah! Silescat humana obmutescat, frigescat & rarelcat

Mundani

ad

Spirituale

propertio ubi Dominus loquitur.

Quid sublimius corpore & sanguine Domini nostri IESU CHRISTI in sacra cæna? ore tamen instrumento corporeo cum Pane & vino benedicto accipitur secundum tenorem & vigorem verborum institutionis Christi. Hic adestum Theophile & edissere nobis quomodo Corpus Christi cum Pane edatur: & è calice Sanguis Christi bibatur: ore an cerebro?

labiis an phantasmate. Hic necesse est ut aut instrumenta corporea (aut ut tu loqueris animalia) circa cælestia etiam occupari dicas: aut perceptionis illius modum nobis monstres! Verum caveto, ne erro: i tuo cerussam quærens, in tam tremendo mysterio rationis attendas discursum, aut sensum discretionem spectes, aut ad Aphorismos Hippocratis vel ad Avicennæ canones tanquam tribunal provoces: Sed

εἰς ἀπολύτην κρίσιν omnem aciem,

omnem sollertiam,

omne acumen redigito.

E

NB.

Etsi verbū Dei ( sive legatur si ve audiat ur unum est ) unicū & solitariū ὁπρῶτον conversio nis: tamen auditus, non quidē ratione sui: Sed re spectu ver bi causain- strumenta lis voca- tur. Et no- stra lingua pro concio- ne loqui- tur verba divini-ssi- ma.

## QV A E S T I O II.

*Quid sanctius est παλιγγενησία & ὑοθεσία? Nonne totus Homo regeneratur & filius Dei adoptatur, Johan. 3 Gal. 3. & Gal. 4. Eph. 5. Non autem una pars, sive solum corpus: sive Anima, vel quod idem est Spiritus. Interim non negamus distinctionem inter principium Quod &*

*Quo: Inter subjectum inbasionis, pradicationis & denominationis primum & secundarium,*

*E contra etiam*

*Adversarius quod magis mirabitur: Spirituale instrumentum ut est in nobis salvifica FIDES accipit à Deo bona & dona Corporalia &*

*Spiritualia ut propius accedam*

*Sanitatem Corporis &*

*Anima.*

*Nos adponemus dicta biblica: Adversarius Exempla adposuit. Prius illa: hæc postea videbimus.*

### Dicta

*Jacob 5. v. 14. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesia & orent super eum, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus &c.*

*1. Tim. 4. v. 8. Pietas autem ad omnia utilis est promissionem habens vitæ quæ nunc est & futura. Reliqua per numerum notabimus Daniel. 6. vers. 3. & 6. Matth. 8. vers. 13. 9. vers. 29. & 15. vers. 28. & 17. vers. 20. & 21. vers. 21. Marc. 2. vers. 5. & 5. vers. 34. 13. & 7. vers. 29. & 8. vers. 12. 44. 48. & 17. vers. 19. 1. Ioh. 5. vers. 4. 13. Hebr. 4. vers. 3. & 11. vers. 33. Actor. 3. vers. 16. & 10. vers. 43. Johan. 3. vers. 15. Summa: Legitimus usus hujus mundi omniumque donorum pertinentium ad hanc vitam animale est effectum fidei. Nam quidquid non ex fide, peccatum est. Per fidem itaque sanctificantur & consecrantur virtutes intellectuales & morales, omniaque omnino bona animi,*

*Corporis*

QV AESTIO II.

18

Corporis &

Fortuna ut vulgo appellantur.

Omnia denique dicta & facta nostra ut patet ex sacrificio Caini & Abelis *juxta regulam: placente persona placet & opus. Persona autem placet per fidem.* Hæc de syllogismi propositione. Nunc ad assumptionem (*Morbus egrotantium & sanatio qua agroti temporibus Christi & Apostolorum fuere sanati tantum naturalis fuit & caro illa quidem funda imaginatio an einen mächtigen Gesundmacher des Leibs ic.*) inquit Adversarius dictatorem audio & legislatorem, non apodicticum demonstratorem. *Mebercle si quicquid lubet dicere licet, quid opus est rationibus? Is vincet qui plura dixerit.* Nos aliter cum nulla re melius deprehendatur falsitas quam ad lucernam lucis scripturæ age videamus hoc de Morbo

Medela

Medicina &

Medico Christo, Prophetarum predictiones, & vaticinia: atque illorum apud Evangelistas eventus & complementa, immo & supplicantium verba quibus Christum adorant, ex quibus omnibus palam erit, Christum non egisse primario & quidem solum medicum dum temporis corporalem, nec supplicantes illum ut nudum medicum corporalem, sed ut Messiam morbumque Spiritualem & Corporalem agnovisse: aut sanationem illam fuisse ita naturalem daß sie auch (wie der Adversarius redet) dem Syderischen Geist des Menschen verlihen (*Adfer Levita Judaizanti Theophilo calicem*) sed ex Theandrica Messia Christi operatione promanasse ut effectum presentis Messia & non nisi vere credentibus profuisse. Audiamus Esaiam cap. 35. vers. 3. Confortate manus dissolutas & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis confortamini & nolite timere: Ecce Deus vester ultionem adducet retributionis, Deus ipse veniet & salvabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum

Nota.  
Non propter sed per fidem placemus Deo Tit. 3. Ad syllogismi minorem propositionem Responsio.

E 2

pate.



Q V A E S T I O II.

patebunt, tunc saliet sicut cervus claudus & aperta erit lingua mutorū. Hæc sunt signa Messiaæ præsentis medici nostri spiri-  
tualiis. *Ecce complementa!* Cæci vident Matth. 9. v. 30. *Claudi*  
ambulant Ioh. 5. v. 5. *Leprosi* mundantur Matth. 8. v. 3. *Surdi* au-  
diunt Marc 7. v. 32. *Mortui* resurgunt sive excitantur à Christo  
Matth. 9. v. 25. Luc. 7. v. 15. Ioh. 11. v. 44. Ad hæc provocat Chri-  
stus Ioh. 5. v. 36. *Salvatorium suum munus defendens immo!*  
*Nemo à Christo unquam impetravit aut dona pro se, aut bona pro*  
*aliis, sive spiritualia, sive corporalia intelligas qui ipsum ut mundi*  
*Salvatorem non agnovit & fide apprehendit: absq; fide enim Christus*  
*est nobis inutilis Heb. 11.* Sed qua virtute Apostoli ægrotos sana-  
runt? Inquis *vi corporali, qua etiam Spiritus siderem naturaliter*  
*tributa?* *Negat Apostolus Petrus Actorem 3. v. 16. 14. & 15.* dum  
claudo restituit gressum inquit & *fides qua per eum est, dedit ei*  
*integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. Hic*  
*vides, fide salvifica non imaginatione naturali claudum accepisse sa-*  
*nitatem integram.* Age mi Theophile si tua imaginatio natura-  
lis quam fidem Naturæ appellas, medica persuasio & præsum-  
tio tanta ut cæcos

NB.  
Fidem  
in Christū  
non imagi-  
nationem  
claudo de-  
disse inter-  
ram (scili-  
cet Animæ  
& corpo-  
ris) sani-  
tatem ple-  
nam.

surdos  
claudos

leprosos &c. sanare & mortuos excitare, Solis cur-  
sum remorari, atque astra à suis sedibus avulsa terræ affigere  
queat, tibi sane expectatum,

tibi utile

tibi fructuosum est: Nec invideo. Exultes non im-  
pedio. *Nos vero nostrum sinapis granum salvifica fidei ad appre-*  
*hendendum corporalia &*

*spiritualia adhibere ne prohibe.* An fidem tuam sive ima-  
ginationem arbitraris omnipotentem, cujus robore hisce fa-  
bulis fidem, nobis autem fucum faceres? Ad sacrum lapidem  
dicam, aut insanire te, aut insanos facere velle. Nusquam enim  
& nunquam fidem in Christum pro imaginatione naturali  
pro.



profunda acceptam in sacrarum literarum diplomatis invenies Repugnat enim tum Fidei obiecto: tum proprio. Obiectum est Christus quatenus se in facie Redemptoris revelavit in scriptura sacra Rom. 3. v. 22. Gal. 2. v. 16. & 26. Phil. 3. v. 9. Act. 13. v. 9. Act. 4. & 10. Si quaestio vero est de exercitiis fidei credentium, in cruce in obedientia, in precibus, in expectatione bonorum corporaliū & spiritualium: Fides tunc varia admittit obiecta. Quemadmodum de hisce variis fidei credentium exercitiis ex professa disserit Epistola ad Hebræos cap. II. integro. Sed inquis ea tamen nondum constituunt fidem justificantem? Sit ita: Sed interim ex tua sententia fidei naturali (ut tu loqueris) nullus datur locus, quasi profunda natura imaginatio hec talia & tanta efficere possit: talem enim fidem scriptura profus ignorat: Sed omnia illa ex fide justificante tanquam effectus ex causa proficiscuntur. Nisi enim fides justificans prior (ratione ordinis) adsit & firmiter statuatur, sibi à Deo ex mera misericordia propter meritum filii verò remissa omnia peccata, sibi que Deum placatum esse: Nunquam sane! nunquam in exercitiis illis fidei tranquilla esse poterit cōscientia nostra ut videre in muliere Cananaa & αἰμοῦρροσσι. Semper igitur fides justificans cum proprio suo obiecto, basis est & fundamentum, cui reliqua promissiones de aliis obiectis sive Corporalibus sive Spiritualibus omnino debent superstrui: nisi in his etiam animus noster incertus fluctuare velit. Vides mi Theophile unam fidem omnia hęc efficere. Quando sanat, Sanatoria, quando justificat justificans fides docendi ergo dici potest: Una tamen est Fides qua non alias (logice & proprie loquendo) admittit species ut nimis absurde contrarium à te statuitur contra Dei Verbum revelatum. 2. Proprium Fidei non est opinari aut sibi imaginari ex fluctuanti iudicio, quod sit ubicunq; verbum patet factum non habemus: Sed ex præscripto Spiritus sancti revelato verbo firmiter credere cum Abrahamo in spem contra spem Rom. 4. cum Jobo dicere etiam si Dominus me occiderit tamen sperabo in eum. Nihil magis enim adversatur fidei quam nuda opinio,

## QVAESTIO II.

*dubitatio, naturalis imaginatio absq; cognitione Sacra scriptura.*  
*Ecce! Sacrarum litterarum testimonia in promptu sunt multa: que*  
*nobis ad alium reservamus congressu? Hinc vocatur πληροφορία*  
*Rom. 4 v. 21. Coll. 2. v. 2. Heb. 9. v. 11. Hoc est indubia notitia*  
*certitudo, quæ ex verbi et premissionis veracitate, gignit fir-*  
*nam et immotam persuasionem, ut voluntas toto animo fe-*  
*ratur in illud quod cognitio in verbo revelato monstravit. Ad*  
*dere siluber, licet plura N. T. exempla Luc. 1. v. 1. 2. Tim. 4. v. 7.*  
*Thef. 1. v. 5. Heb. 10. v. 22. Et alia quibus πληροφορία & πληρο-*  
*φορη& idem est ac plenis velis ferri, certis persuasum esse te-*  
*stimoniis, ut promissa in dubium vocare impudentiæ & cras-*  
*sisimæ sit diffidentiæ. Eodem spectat quod fides παρρησία*  
*vocatur, fiducialis ingressus in Sanctuarium, Heb. 10. v. 19. fili-*  
*alis accessus ad thronum gratiæ. Heb. 4. v. ult: Quo quidquid pe-*  
*timus, impetramus, 1. Joh. 5. v. 14. Erumpat igitur & leves evadat*  
*in auras Antagonistæ Fides Naturalis. Non enim fides, qua bona à*  
*Deo impetramus, est donū quod à natura arripuimus, hausimus,*  
*expressimus: Sed charisma illud Dei Matt. 16. vers. 12. Phil. 1. v.*  
*29. in corde Hominis Act. 8. vers. 37. Rom. 10. vers. 9. per au-*  
*ditum verbi excitatum Ioh. 17. vers. 21. Rom. 10. vers. 17. quo*  
*Homo non solum verbum Dei de peccatorum remissione &*  
*promissionibus corporalibus & Spiritualibus verissimum esse*  
*assentitur & novit Esa. 53. vers. 17. Luc. 1. vers. 77. Ioh. 6. vers. 69.*  
*Ioh. 17. vers. 3. 1. Cor. 3. vers. 12. Coll. 1. vers. 28. Heb. 11. vers. 3. 1.*  
*Ioh. 3. vers. 2. sed etiam sine hæsitatione confidit certo Hebr. 6.*  
*v. 17. 15. v. 10. Heb. 11. v. 1. 2. Tim. 1. v. 12. 1. Joh. 3. v. 14. Rom. 8. v. 38. 1.*  
*Petr. 21. v. 13. Heb. 10. v. 22. Eph. 1. v. 13. 2. Cor. 1. v. 22. Eph. 4. v. 22.*  
*Rom. 8. v. 16. Rom. 4. v. 11. 1. Petr. 3. vers. 21. Iacob 1. vers. 6, sibi*  
*peccata sua ob Christi meritū à Deo ex gratia condonari. Hinc*  
*dicitur ἰσχυρὸς Mat. 9. v. 2. Adversarii igitur imaginatio natura-*  
*lis fidei est argumentum & somnium. Destituitur n. ut dictū est*  
*objecto & proprietate fidei genuina. Quod tam diu nobis ve-*  
*rum est & erit, donec contrarium probabitur. Quod fiet ad Ca-*  
lendas

QVAESTIO II.

lendas Græcas: Præmissis syllogismi amissis conclusio mole  
corruit sua quia quæstio cum Argumento suo debet habere Ho-  
mogeneitatem, alias procreatur ἀνακολουθία.

Exemplorum Cumulus

Succedit altera Adversarii probatio ab Exemplis deprom-  
ta, ut sunt Matth. 9. αἰμορροῦσης mulieris fluxu sanguinis labo-  
rantis duodecim annos I. Duorum cæcorum in via Matth. 9.  
II. Barthimæi in via Jerichuntina Marc. 10. Luc. 19. Matth. 20. III.  
Decem leproforum Luc. 17. IV. Mulieris Cananæa Matth. 15. &  
Marc. 7. V. Patris filii Lunatici Matth. 7. Marc. 9. Luc. 9. VI.  
Jairi, Marc. 5. Luc. 8. ad quem Christus dicit μόνον πίστευε. VII.  
Centurionis Matth. 8. VIII. Reguli vel Regii cujus filius infir-  
mabatur Capernaum Ioh. 4. IX. Paralytici in lecto decum-  
bentis Luc. 5. de his littera Cij. Adversarius dicit die haben  
nicht den seligmachendē glauben gehabt / sondern es ist gewesen der  
Naturliche glaube in parte hominis & animali im mitteltheil /  
durch welche krafft sich ein jeglicher Krancker kan gesundt gleuben /  
so er dieselbige imagination in solche exaltation erhöhung vnd  
potentiam vndt krafft bringen mag.

*Quibus Judaicis figmentis hunc syllogismum opponimus in sacra  
scriptura fundatum.*

*Ubi vera invocatio, ibi vera & salvifica est fides Rom. 10. v. 14.  
& 14. Hinc precatio definitur Hominis fidelis cum Deo vero  
Colloquium, quo Homo fiducia Christi necessaria petit.*

*At Omnes hi sanati à Christo, qui, aut dona pro se: aut bona  
pro aliis à Christo precati sunt & impetrarunt, habuerunt veram in-  
vocationem: id quod Sole meridiano clarius conspicitur:*

*Adsumtio.*

*I. ex vera invocationis petra sive Subjeto ad se recipiente, quod  
est Ἰησοῦς Χριστός & Iesus Christus, Pater, & Spiritus Sanctus Deut.  
6. v. 13. Matth. 4. v. 10. Matth. 6. v. 4.*

*Ad hanc Petram confugiebat Mulier Cananæa Matth. 15.  
orans,*

*JESU Fili David miserere mei.*

*Eodem*

## QV A E S T I O II.

Eadem orandi formula usi sunt reliqui à Christo sancti.

II. *Ex vera invocationis mandato.* Non enim proprio ausu: Sed Deo sic mandante Christum *θεόν ὁμοιον* adorarunt Ps. 2. osculamini filium. Nam qui filium non honorat, is nec patrem honorificat Ioh. 5. v. 23. Nec credit quod sic voluntas Dei ut omnis qui credit in filium habeat vitam æternam Iohan. 3. v. 15. Contra vero Joel 2. Qui Nomen Domini invocarit salvus erit. Quis hic non agnoscit ex unguibus leonem ut est in Proverbio?

III. *Ex invocationis proprio quod est petere patienter, constanter & humiliter:* Ad exemplum Regii Poetæ & Prophetæ Ps. 133. v. 22. sic orantis: Fiat misericordia tua Domine super nos quem admodum speravimus in te: Hoc enim mandatum Christi, & monitum Apostolorum est

Matth. 11. v. 24. Quidquid orantes postulatis Credite vos adsecuturos.

Jacobi 1. v. 6. Postulat cum fiducia nihil dubitans, qui enim dubitat similis est fluctui maris ventis actus & excito. Monitum Apostolicum est

Heb. 4. v. 13. Accedamus confidenter ad gratiæ solium.

Heb. 10. v. 22. Accedamus plena fide ad sanctuarium 1. Joh. 5. v. 14.

Hæc illa est quam ad Deum habemus *παρρησία* quod si quid ex eius voluntate postulamus, audit nos.

*Hæc & alia promissiones illustres non nisi ad credentes & παρρησίου ἄξιοι spectant:* Teste Christo ipso Matth. 21. v. 2. Amen dico vobis si habueritis fidem & non hæsitaveritis omnia perficietis:

Marc. 11. v. 24. Quidquid orantes postulatis credite vos adsecuturos & eveniet vobis.

Marc. 5. legitur Christum non potuisse virtutem ullam facere obstante nimirum ipsorum incredulitate. Est enim fidei proprium ut  
sic

QVÆSTIO II.

fit organon accipiens beneficia Christi. Nonne omnes illi sanati à Christo παρρησιάζοντες orarunt, plena & perseveranti fide imperarunt?

Mulier Cananae sane Jesum Mundi Salvatorē esse confitetur & verbis & facto: Verbis his: Κύριε υἱὲ Δαβὶδ ἐλέησον με. Nemo autem Jesum vocare potest Dominum absque Spiritu sancto I. Cor. 12. Factis dum maximos tentationum montes superat gladiatorio quasi animo ut Jesus illam heroicam deprædicat fidem. Ω γύναι, μεγάλη σὲ ἡ πίστις. Eandem & decem leprosi Luc. 17. edunt de Christo Messia mundi, confessionem humiliter procul stantes & dicentes: Ἰησοῦ Ἰησοῦτα ἐλέησον ὑμᾶς. Non nudam imaginationem (ut Adversarius opinatur) sed veram & salvificam fidem fuisse in promissum jam missum Messiam indicant singula vocabula & effecta. Primum vocant Jesum Ἰησοῦτα Rectorem, præfectum, Magistrum ad salvandum, qui potestatem habeat imperandi in omnes creaturas: Deinde non confidunt in justificationibus suis, sed in una Christi misericordia verbis sæpe ac factis declarata.

Ergo veram & salvificam fidem, organon quo bona spiritualia, & dona corporalia à Christo accipimus, habuerunt: non nudam, judaicam imaginationem de donis corporalibus, id quod erat contra Theophilum Schvvensfeldiano-judaizantem concludendum.

QUÆSTIO TERTIA.

**E** Cquid Spiritus sit tertia pars Hominis substantialis, Anima rationali specificè contradistincta?

Adversarius Affirmat: Nos Negamus.

Schisma hoc vetus est: Anno Christi 146. ex Schola Valentiniani prodierunt Heracleonite qui præter corpus & Animam aliquid Tertium sinxerant substantiale in Homine vide Cent. 2. Eccles. Hist. pag. 87. Quod delirium Adversarius noster delirat.

F

Respon.

D. Chemnitius.

NB.

ἡ δὲ ἐλθῆσα προσεκύνησεν αὐτῷ.

Denütigte sich wie ein Hundlein/ id est, summa humilitate.

D. Theod. pag. 215. in 8vo.

Novem ingrati in vera fide fuerunt, sed ingratitude amiserunt.



## QVAESTIO III.

### Responsio.

Verum cribro Distinctionis verum à falso facile discernemus.

Distinguiamus igitur

Inter Vocabulum *PARTIS* 1. Ἀκριβῶς & 2. Καταχρηστικῶς sive Logice & Methaphysice acceptum.

I.

Ἀκριβῶς.

*Et Logice loquendo pars est quae continentur à Toto hoc est res quaedam angustior sub amplitudine Totius una cum aliis comprehensa quia se invicem segregatae Totum distribuunt. Hinc adeo fit ut Totum habeat à partibus esse constitutum συστατικόν. Sunt enim causa totius Scal. lib. 4. de caus. l. l. cap. 101. Et sunt ejusdem predicamenti cum toto Melanch. lib. 1. Dial. Per ; lib. 13. cap. 5. Scal. Exerc. 105. s. 2. Et ratio est. Nisi enim unius predicamenti essent non essent unum per se quod absurdum. Hinc impossibile est substantiam unquam esse posse partem Accidentis sed pars substantia est substantia Scal. Exerc. 297. s. 3. & substantia compositae partes componentes etiam sunt substantia Pere. lib. 6. cap. 2. Et partes sunt ejusdem Naturae tum toto Zab ; lib. 2. de nat ; Log. cap. 40. Quod olfaciens noster Adverlarius Tertiam quam vocat Hominis essentialem partem Spiritum vult esse Substantiam. Sed ἀλόγως ἢ ἀθεολόγως Spiritus utpote Anima effectus statuitur substantia. Partes quia totum constituunt, representant Symbolum Causarum non effectorum : Et, quanto earum cum Toto collatarum & consensio, & inter se sibi oppositarum dissensio, major fuerit : Tanto distributionis argumentum accuratius est. Anne Anima est Spiritus? Et facultatibus quae Hominis sunt propria rei ipsa differt ut causa ab effectis, non pars*

*Ratio negationis.*

QV AESTIO III.

*ut pars à parte.* Quæ igitur ad harum *αὐτῶν* dictarum partium classem Spiritus ut pars distincta & substantialis referri poterit? Non refertur ad partem *Hominiæ materialem*, quæ corpus id quod opponitur Spiritui. Nec ad partem *Hominiæ formalem* quæ iudicio omnium recte sententium *Anima rationalis est.* Nisi velit *Antagonista* his absurdis subscribere, 1. Unius & ejusdem speciei scilicet *Hominiæ* simul dari plures formas específicas: Substantiales puta *Animã & Spiritum.* 2. Impios non esse *Homines*: quia *Essentiali & Substantiali Hominiæ parte* destituerentur, scilicet *Spiritu* tanquam forma. 3. Aut *pios* ultra duas *οὐκ αὐτῶν* partes *Hominiæ*, aliam habere partem substantialem scilicet *Spiritum.* 4. Aut *Homines* aliquos cum *divinarum rerum cognitione* nasci, scilicet illos qui partem substantialem *Spiritum* habent, *qui Spiritus solus theologica sapit & capit:* Aut in *Baptismo* illam substantialem partem *dum demum dari & superaddi.* 5. Vel denique *Auctorem* sui ipsius indigere *correctione* dum *naturalia cum supernaturalibus commiscet*: *Hæc omnia* sequacissima sequi sequela. *Adversario*, (nisi ipse oculis suis hoc viderit, auribus his audierit & manibus quasi palparit) *quando ex spelunca æquivocationum nobiscum in harenam descenderit*, evidenter monstrabimus stylo tamen syllogistico utpote ad *veritatem inquirendum & inveniendum* contra *absurditatem & falsitatem agnoscendam* accommodatissimo. *Hæc vice* non *invitus*. Agnoscat nobiscum *Theophilus & suspiciat* magnam *Magni Philippi* auctoritatem qui lib. 4. Dial. pag. 135. hæc de re ita sentit: *Partes Essentiales seu Substantiales sunt Materia & Forma ut Corpus & Anima sunt partes substantiales Hominiæ.* *Hactenus* igitur ab *Adversario* dissentimus.

II.

*καταχρηστικῶς.*

*Abusive & late* interdum sumitur *vocabulum partis* pro *quacumq;*

F 2

NE.  
Essentialis pars dicitur à priori non à posteriori, quia essentialis ipsam constituit. Sed scriptura restatur Animam edere modo Spiritum bonum, modo malum, vide infra pag. 53.



### QVAESTIO III.

cumq; re sive sit *rei causa constituens* : sive *effectum* : sive *adjunctum*, Videamus Exemplum 1. *Theologicum*. 2. *Philosophicum*.

#### 1. Theologicum.

Partes poenitentiae enumerantur in Apologia A. C. tres  
*Contritio*

*Fides* &

*Nova obedientia* vocabulo partis non *stricte* & *logice*, sed *late* & *populariter* accepto & ibidem iudicium adhiberi suadetur an quis illam partem dicat qua fructum poenitentiae indigitat, hoc est, non proprie partem sive *substantialem*, sive *integrale* sed *propter consequentia necessitatem* sic appellatam : *Deum*

Die Frucht soll nicht aussen bleiben /

Deinen Nächsten soltu lieben

Daß er dein gütessen kan /

Wie dein Gott an dir hat gethan.

#### 2. Philosophicum.

Sic Divinus Plato Animam Hominis dividit in tres Partes nempe 1. τὸ διανοητικόν, 2. τὸ θυμοειδές, 3. καὶ τὸ ἡγεμονικόν. Ubi vocula partis non *stricte* & *logice* : Sed *late* pro effectis accipitur. Anima enim est *substantia incorporea* : non *composita ex partibus* ideoq; nec *secerni*

nec *dividi*

nec *discerpi*

nec *distrahi potest*. A qua sententia Plato non diversum

sensit, sed intelligi voluit effecta qua ab Anima fluunt scilicet

*facultatem*

*concupiscendi*

*irascendi*

*imperandi.*

In hac acceptione si Adversarius spiritum hominis partem acciperet, non dissentiremus consentiente Philosophia &

Theosophia

fic



QVAESTIO III.

23.

Sic Iſidorus lib. II. Etymologiarum docet & dicit: *Anima dum vivificat corpus, Anima est, dum velut Animus est, dū scit, dum mens est, dum recollit memoria est, dum rectus judicat ratio est, dum spirat spiritus, dum aliquid sentit sensus.*

Eodem modo omnia dicta quæ ab *Adversario* non ponderantur; sed numerantur, explicanda sunt primum ex I. Thess. 5. ipse autem Dominus pascit, Sanctificet vos Totos,, & integer vester spiritus, & Anima, & corpus inculpate in Adventum Domini nostri Iesu Christi serventur. Hic inquit *Adversarius* mentio fit corporis, Anima & Spiritus.

Ergo spiritus non est effectum, sed pars Hominis substantialis. Quæ hæc sequela?

Longe melius explicat Joachimus Camerarius in Notis ad N. T. pag. 131. ita:

ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, σύνληψις inquit est: nam repertendum adjectivum congrue ut sit ὁλόκληρον & ψυχὴ id est, vita & Homo Totus. Est autem πνεῦμα Agitatio Sancti Spiritus in credentibus: quasi optet ut nihil detractum aut diminutum fiet.

Eodem modo explicat D. Daniel Hofmannus in officina Theologica pag. 502. Quia verba sunt pauca. Sed nervosa hic integre adscribā: I. Thess. 5. R. Etiam si sunt varix hujus loci interpretationes, nec desint qui tres partes Hominis faciunt, tamen si dicatur instantias, multas secuturas esse. Imprimis vero absurdum est, Spiritum vocari partem renovatam, & Animam veteris Hominis partem, cum Pauli votum totalem renovationem precetur. Apollinarius verò hinc tres Hominis partes faciens, Corpus scilicet, Animam & Mentem, Atrianæ sententiæ accessit, Christo q; corpus tribuit humanum, non quidem prorsus sine Anima, sine Anima tamen intelligente, ut mentis invicem subiret Divinitas. Certum autem est, & Animam sua sub-

F 3

stantia

NB.

Nullum ex allatis Testimonis facit mentionē partē substantialis vel essentialis tertia quod *adversario* probandū esset.

Quando sermo est de regeneratione: Spiritus est agitatio Spiritus sancti qua homo & vivit: & ambulat Spiritu. Secus de modo renatis dicendū. Vide Teopologiam Barthol. Westhemeripam mibi. 1538.

QV AESTIO III.

stantia spiritualem esse, unde substantia non erit aliud, spiritus ho-  
mines aliud, & aliud Anima.

NB  
Commo-  
dior: sed nō  
Logica par-  
titio. Est e-  
nim ex di-  
versis pra-  
dicamentis  
commixta.

Commodior est eorum sententia, qui spiritum faciunt Anima  
partem immortalem, virtutem autem vegetativam & sentien-  
tem, quæ est *ψυχὴ* & *αἰσθητικὴ*, animam distincte appellari cen-  
sent, sic enim ex tribus constaret Homo ut nihilominus dichotomia  
nostra optat, ut Homines sint perfecti. 2. Quomodo au-  
tem? Res. Apostolus perfectione Spiritus. Ideo *ἐπεζητητικὸς*  
Narrative subjicit & integer sic vester spiritus. Ita autem spiritus  
integer est, quo scilicet Homo spiritualis est, & perfecte talis.  
Hæc ergo perfectio tam animam respicit, tum corpus, quare  
totus Homo ita sanctificatus etiam corpore spiritualis erit, 1.  
Cor. 15.

Testim. 2.

Hæcenus D. Hofmannus loco citato. Alterum ex Heb. 4.  
Vivus n. est sermo Dei & efficax, & penetrantior quovis gladio bicipi-  
tati, pertingens usq; ad divisionem Anima & spiritus compagum  
quoque ac medullarum. Et discretor cogitationum & intentionum  
cordis.

Resp. Hoc capite vis & efficacia verbi Dei exprimitur  
quinque epithetis troporum, scilicet Metonymiæ & Meta-  
phoræ luminibus illustratis. Maxime verò metaphora à gladio de-  
sumta est his verbis conspicua: pertingens ad divisionem  
Anima & Spiritus  
Compagum & Medullarum  
Discretor cogitationum & cordis intentionum.

Quasi diceret: Ut gladius acutus utring; penetrat: ita sermo  
Dei totum hominem cum omnibus suis viribus examinat.  
Ut per Animam intelligendi sunt affectus omnes: ita per  
Spiritus vocabulum intelligendi facultas quæ est ab Anima  
& in Anima. Hæc pars commendationis verbi Dei desumpta  
est ex Proverb. 20. *Lucerna Domini dat Homini vitam &  
spiritum, & penetrat in intimos sinus cordis.*

Sed

### QV AESTIO III.

24.

Sed urget Adversarius conjunctiones τε, &, ac. litt. à ij. fac. 2. subindicans particulas has partes Hominis substantialiter & essentialiter distinctissimas nobis monstrare. Resp. Ergone tot Hominis partes quot voculae hic connectuntur scilicet

Anima &  
Spiritus  
Compages &  
Medulla  
Cogitatio, &

Cor. Sex igitur, non tres erunt partes vi copulativa, co quia ter bine copuluntur partes? Auditum admissi risum teneatis amici Noe homines illi nimium intelligendo faciunt ut nihil intelligant!

Tertium quod objicit Adversarius, testimonium est ex Sanctissimae Tympanistriae Mariae semper Virginis cantico desumptum. Ad explicationem & autoritatem quia Antagonista provocat Beatissimi patris D. Martini Lutheri videamus ipsissima verba Lutheri: non quidem ea fide qua Antagonista pag. 1. qui illa verba omisit qua è re sua non videbantur esse: Sed fide Lutherana, hoc est, Sincera

Germana

Christiana Tom. 1. Jenens: pag. 453. super

Magnificat.

Die Schrift theillet den Menschen in drey theil / da S. Paulus 1. Tim. 5. vlt. sagt: Gott der ein Gott des Friedes ist / der mache euch Heilig durch vnd durch / daß ewer ganzer Geist / Seel vnd Leib / vnsträflich erhalten werde auf die Zukunfft vnsers H. Erren Jesu Christi / vnd ein jegliches dieser dreier / sanpft dem ganzen menschen / wirdt auch getheilet auf eine andere weise in zwey stück / die da heissen Geist vnd

Fleisch / welche theilung nicht der Natur / Sondern der Eigenschaft (mi Theophile cur hac verba omisisti, nimirum vi veritatis

Obiectio.

Responsio.

Vide Notas  
ad Biblia  
in margine  
Gang / das  
ist / in allen  
stücken / als  
im Glaubē /  
Liebe / Hof-  
nung / wort /  
wercken / ic.

## CONCLUSIO.

*veritatis convictus*) das ist/ die Natur hat drey stück/ Geist  
Seele  
Leib vnd  
mögen allesampt gut oder böse seyn (*audis Theophile bonum & ma-  
lum*) das heist denn Geist vnd

Nieslinge  
haben keine  
Geist.

Fleisch seyn darvon jetzt/ nicht zu reden ist/ *ic.*  
*ibidem pag. 456. fac. 2. lin. 15. 16. 17. & 18.* Das seindt Nieslinge  
vnd Niedlinge/ Dienstknechte vnd nicht Kinder/ Fremdlinge vnd  
nicht Erben / die machen sich selbst zum Abgott vnd Gott soll sie  
lieben vnd loben / eben daß ihnen thun/das sie im thun-solten. Die  
haben keinen Geist/ *ic.* *Quid hic respondes Theophile? Est ne Spiritus  
Substantia an Accidens? Et paulo post, Die Welt ist voller  
Leuthe / die im falschen verkehrten Geist wandeln/ic.*

*Ergo Spiritus non est tertia pars Homini substantialis & essenti-  
alis, id quod erat contra Adversarium Christianum Theophilum  
concludendum.*

## CORONIDIS LOCO

Quærimus ex Antagonista Theo-  
philo.

**E** *Cquid sola fides justificet quatenus scilicet illa apprehendit  
Christum?*

*Si affirmarit: suam in rebus Theologicis prodit malitiam: si  
negarit: sacræ scripturæ inscitiam. Affirmando ideo suam in re-  
bus Theologicis prodit malitiam: quia sciens volensq; clarissima  
scripturæ testimonia quibus affirmativa stabilitur, & omnium  
Evangelicorum suffragia puta D. Lutheri, Chemnitii, Bren-  
tii, Iusti Jonæ, Hunii Gesneri &c. quorum Discipulus vult  
salutari: audet illudere & gaudet elidere putrida & pudida Spe-  
cierum divisione: quasi vero non sit Una Fides Ephes. 4. quæ Fi-  
dei, Natura & Gratia, omnia dona & bona, Corporalia & Spi-  
ritua.*

## CONCLUSIO.

*ritualia à Deo accipit ut dictum & evidum est supra. Si nega-  
rit: suam in sacra scriptura inscitiam prodet. Nam quando di-  
cimus Solam fidem justificare coram Deo particulam illam (Sola)  
non accipimus categorematice quasi fides sola id est sine bonis o-  
peribus existens justificet: Sed Syncategorematice quia So-  
lum justificat, ubi particula Solum non excludit meritum Chri-  
sti: sed merita operum: nec opponitur iis quæ sunt à parte Dei,  
ut sunt Dei gratia & misericordia: Christi satisfactio & meri-  
tum, Evangelium & Sacramenta eorumq; ministerium: Sed  
ijs quæ sunt à parte Hominum ut sunt vires, virtutes, & opera  
Hominis omnia.*

*Ad illud docendum ducti sacra scripturà, edocti à Spiritu  
sancto ut Marc. 5. v. 36. Dicit Christus ad Archisynagogum Ne  
metue solummodo crede μόνον πίστευε Luc. 8. v. 50. Gal. 2. v. 16. scien-  
tes quod nō justificatur, ἐὰν μὴ nisi per fidem Rom. 3. v. 21. λογίζο-  
μεθα ἂν πίσει δικαιῶσθαι ἄδρωπον χωρὶς ἔργων νόμου Gal. 3. v. 12.  
Rom. 10. v. 9. Si credideris in corde tuo &c. Salvus eris Heb.  
2. v. 4. justus sua fide vivet Rom. 2. v. 17. Et ut dictum particula  
(Solum) determinativa est, non subjecti: Sed enunciationis  
prædicati.*

*Addat si libuerit, Antagonista disjunctū tale: Fiducia Homi-  
nis renati, qua confidit se habere Deum propitium, se esse filium Dei,  
& Spiritus sancti habitaculum &c. vel est energia fidei propria: vel  
spei: vel charitatis: 1. Cor. 13. v. 13. At non spei: quia spes est pro-  
prie expectatio futurorum bonorum Rom. 8. v. 24. 25. Non cha-  
ritatis: quia charitatis proprium est operari Gal 5. v. 6. Ergo  
solum fidei. Facessant igitur Adversarij nuga de fide solitaria  
(qua & nos per calumniā Sola fidelitas appellat) quas nobis  
affingit aut per malitiam aut inscitiam ut dictum: de qua tamen  
ne per sebrim quidem somniavimus.*

## CONCLUSIO.

*Deliberet nunc Adversarius quam viam sequi malit: La-*

G

tam,

NB.  
Distingue-  
dum inter  
essentiam  
& inexisten-  
tiam vel  
inter offi-  
cium ap-  
prehens  
& tribuens.

## CONCLUSIO.

*tam, quæ spinis æquivocationum strata, ad inextricabiles ducit labyrinthos: An angustam, quæ floribus sacrae scripturae ornata ducit ad Augusta?*

Nos interim voto hoc Paulino devoto ad Deum veritatis fontem pro omnibus addito concludimus ex I. Thess. 5. v. 23. *Ipse autem Deus pacis sanctificet nos omnes per omnia: & integer Spiritus noster: & anima & corpus, irreprehensibiliter in adventum Domini nostri Jesu Christi servetur! fidelis est qui vocat nos omnes, qui etiam faciet, Amen.*

Τῷ Θεῷ δόξα.



Ad

## Ad Lectorem Candidum.

**L**ector, dilectissime, te scire velim, *mibi cum Antagonista non intercedere personale odium: sed sententiarum dividuum: ita, ut ille mihi, si perrexerit disputando, & ego illi sim instar lima in veritatis indagine: modo fiat remotis omnibus personalitatum & equivocationum larvis: quæ non sunt tutæ veritatis fulcra: sed Sophistarum communissima latibula.* Sed quo loco, inquis, habendus est mordax ille Momus? *En felis erit: limam utriusque lambendo, linguam absumens propriam: non limam nostram. Utinam absumeret linguam maledicam, & contra acciperet benedicam, qua nobiscum proximo servire, & Deo pro utilibus laboribus gratias agere gestiat! Fiat. Vale lector dilectissime cum posteritate dilectissima corpore & Animo valide, sub quietâ alarum omnipotentis umbra Amen.*

Auctor.



# ERRATA.

pag.	fac.	lin.	pro	Lege	Dele	Interpone
3	b	5.	vocatur	vocat		
3	b	7.	σεαυτο	σεαυτον		
9	a	24	vocatur	vocat		
9	a	27	labentem	habentem		
10	a	17	sequantur	sequuntur		
12	b	24				cum
12	a	30	abiro	abire		
12	b	10	Trinipote.	Trinepote		
13	b	24	Spiritam	Spiritum		
14	b	3	vita	Homine		
14	b	18	citatae	creatae		
15	a	28	discernantur	discernuntur		
15	a	28	intelligantur	intelliguntur		
16	b	17			αιμυνηγια	
17	a	15				vox
17	b	2	παλιγγεινεια	παλιγγεννησια		
17	b	2	υοθησια	ηοθησια		
18	a	9			Caro	
18	a	9	funda	profunda		
18	b	6	in terram	integram		
19	a	9	professa	professo		
19	a	18	vero	vere		
19	b	32	argmentum	figmentum		
14	b	27	omnium	omni cum		

*Leg 2 01167*



65 A 4473

ULB Halle 3  
001 940 112




56

1077







3.

2

3

NUM CON-

RSARVM.

e. I L. De Fidei naturalis  
tempore Christi & Aposto-  
De tribus SVBSTAN-  
ESSENTIALIBVS  
partibus.

ευασηως  
posita

MYSTICÆ

THEOPHILI,

censura

Clarissimi Dn:  
WEDMANNI, &c.

Ad  
ferendum:

ra vero

terendum:

on ex

onibus & Analogiis:

dex

cripturæ principiis

ata

robata &

onata

& dextre judicantibus

â

ALLENBERGERO ER-

larium Diacono.

nis Köhbock / Anno 1621.

Bischoffs / Bibliopolæ.

